



Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

26. De Chunis in Gallias prorumpentibus, & quomodo S. Seruatus Tungrorum Episcopus precatus sit Deum , & SS. Apostolos, negentem illam Barbaram Gallias vastare permetterent.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

successit, quandoquidem nec eo die, quo per
Gothos sunt mœnia oppugnata, nec per omne
id tempus, quo urbem obsederant Barbari,
hostilis vis villa ad hunc locum peruenit, nec
plane vñquam eodem tumultuatum. Et sanè
me admiratio subit, nec Romanis nec hosti-
bus ipsis, in ea tam diutina urbis obsidione in
memoriam venisse, muri hanc partem: quæ res
cum miraculi postea loco sit habita, nec sarcin-
re quidem in posterū quisquā, nec de integro
restituere ausus est: sed ad hunc diem ea è re-
gione seiuictus permanet murus.

Gregor. *Turonensis lib. 2. cap. 5. historia Franco-*
rum, De Chuniis in Gallias prorumpenti-
bui, & quomodo S. Seruatus Tungrorum
Episcopus precatus sit Deum, & SS. Apo-
stolos, ne gentem illam, Barbaram, Gallias
vastare permitteret.

C A P. X X V I.

CHUNIS in Gallias irruptionem meditan-
tibus, erat apud Tungros oppidum Ser-
uatius eximæ sanctitatis Episcopus, qui
vigilijs ac ieiunijs vacans, crebro lachryma-
num imbre perfusus, Domini misericordiam
precabatur, ne vñquam gentem hanc incredu-
lam, seque semper indignam in Gallias veni-
re permitteret. Sed sentiens per spiritum, pro-
delictis populi, sibi hoc non fuisse cōcessum,
confilium coepit, vt expeteret urbem Roma-
nam, scilicet vt adiunctis sibi Apostolicæ vir-
tutis patrocinij, quæ humiliter à Domino fla-

S 5 gita-

gitabat, mereretur facilius obtinere. Accedet ergò ad beati Apostoli tumulum deprecatur auxilium bonitatis eius, in multa abstinentia, maxima inedia se consumens, ita ut biduo triduoque sine ullo cibo potuq; maneret, nec esset interuallum aliquod in quo ab oratione cessaret. Cumque ibidem multorum dierum spatia in tali afflictione moraretur, fertur hoc à beato Apostolo accepisse responsum: Quid me vir sanctissime inquietas? Ecce enim apud Domini deliberationem prorsum sanctum est. Chunos in Gallias aduenire, eosq; maxima tempestate debere depopulari. Nunc igitur sume consilium, accelera velociter, ordinum tuam, sepulturam compone: require in teamina munda. Ecce enim migrabis à corpore, nec videbunt oculi tui mala quæ facturi sunt Chuni in Gallijs, sicut locutus est Dominus Deus noster. Hoc à sancto Apostolo Pontifex, responso suscepto, iter accelerat. Galli asq; velociter repetit, veniensq; ad urbem Tungrorum, quæ erant necessaria sepulture, cum citius leuat: valeque dicens clericis, ac reliquis ciuib; vrbis denunciat cum fletu & lamentatione, quia non visuri essent ultra faciem illius. At illi cum eiulatu magno & lachrymis eum prosequentes, supplicabant humili prece dicentes: Ne derelinquas nos pater sancte, ne obliuiscaris nostri pastor bone. Sed cum cum fletibus reuocare non possent, accepta benedictione cum osculis redierunt. Hic vero

cedes
cab
stine
o iduo
, nec
tione
erum
ur hoc
Quid
apud
cium
maxi
ne igi
ordina
re quire
a cor
facturi
Domini
o Pon
Galli
vrbem
urse
cis, ac
letu &
trafa
o & la
nt hu
s pater
ne. Sed
acc
t. Hic
verò

erò ad Traiectensem vrbem accedens, modi-
a pulsatus febre recessit à corpore. Ablatusq;
infidelibus, iuxta ipsum aggerem publicum est
sepultus.

Gregor. Turonensis lib. 2. cap. 6. historiae Franco-
rum, quomodo B. Stephanus Protomartyr
vixit apud SS. Apostolos Petrum &
Paulum intercedere pro urbe Metensi, in
qua reliquiae S. Stephani requiescunt.

C A P. X X V I I.

C Huni à Pannonijs egressi, vt quidam fer-
runt, in ipsa sanctæ Pasce vigilia, ad
Metensem vrbem, reliqua depopulan-
do, perueniunt, tradentes vrbem incendio, &
populum in ore gladij trucidantes, ipsosque
fæcatores Domini ante sacrofæcta altaria
perimentes. Nec remansit in ea locus inustus,
præter oratorium beati Stephani primi mar-
tyris ac leuitæ. De quo oratorio quæ à quibus-
dam audiui, narrare non distuli. Aiunt enim
priusquam hi hostes venirent, vidisse se vnum
fidelem in visu quasi conferentem cum san-
ctis Apostolis Petro ac Paulo, beatum Leui-
tanum Stephanum de hoc excidio, ac dicentem:
Oro Domini mei, vt non permittatis obtentu-
retro. Metensem vrbem ab inimicis exuri,
quia locus in ea est, in quo paruitatis meæ pi-
gnora continentur: sed potius sentiant po-
pulaliquid me posse cum Domino. Quod si
tantum facinus populi supercrevit, vt aliud fi-
ci non possit, nisi ciuitas tradatur incendio,

sal-